


quia ipsi creaturae liberabuntur a seruitute interitus. quemadmodū
nos quoniam filii dei sumus. quamuis nondum apparuerit. quid erimus.
liberabitur ergo a seruitute interitus in libertatem gloriae filiorum dei.
ideo erunt ipsi exserui liberi. & exornati gloriosi in uita perfecta. quā
habebunt filii dei. 7 Sed ab his (sicut dictum est exemplis) iam ad superio
ra conscende. & uide ipsius solis & lunae & stellarum caeli & totius mundi.
ministeria. quomodo subiecta sunt uanitati. corruptioni que deseruiunt. 7
Ad usus quoque hominum alunt segetes. arborum fructus producunt herbaq.
camporum. atque eosdem inserere uel tenere annis circulos uolunt. 7 Reparant
enim. quae preterierunt. & preterire rursum. quae reparata sunt sinunt. 7
Iudicio & creatoris potestate posita creatura. Non utique sponte subiecta est. Uani
tati. ponenim prodesse sibi. quod subiecta est. sed nobis. quid est ergo. in quo
uanitati subiecta est. nisi in quae generari et caducae sunt. operatur enim. ut fruc
tus faciat corruptibiles. corruptio ergo est uanitas. Omnia enim quae nas
cuntur in mundo. infirma caduca & corruptibilia. atque hoc uana sunt. 7
Uana sunt enim. quia statum suum tenere non possunt. quamcuncta deforma
ta perfluxum semper in sese redeunt. confusa in naturam. hoc dicit de his & salomon.
quia omnia haec uanitas praedicat dauid dicens. 7
Uerumtamen uanitas omnis homo uiuens. 7 Manducare enim & bibere & res mundi
curare non ne uanitas est. Et prodesse tamen ipsa uanitas. proficit enim hominibus
natis in mundo. ut per haec in corporibus exercitati discant misterium creatoris. ad com
parationem enim aeternorum uana sunt. quamuis suo bona sunt. quippe cum sint necessaria
sed propter eum. qui subiecit illa. inspe. quae per ista subiecit dicens. quo & ipsa crea
tura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. 7
Quo contradicere nemo potest creatura conditori suo. cuius causa subiecta est. non sine spe. 7
habet enim in labore posita hoc solatium. quo habebit requiem. cum crediderint. omnes
quos scit deredituros. quorum & iam causam subiecit. 7 Uanitati quippe creatura non
uolens subditur. qua homo quingentae constantiae statim uolens deseruit. praesumpsit
mortalitatis ponderi. nolens mutabilitatis suae corruptioni deseruit. sed creatura tunc
a seruitute corruptionis eripitur. quando filiorum dei gloriam incorrupta resurgendo
sublimabitur. 7 hinc itaq. electa molestia iuncta sunt. quibus dum huc corruptioni sua poena
deprimuntur. sed cum corruptibili carne exuimur. quasi ab his. quibus nunc adstringi
mur molestia iunculis relaxamur. 7 Ipsa inquit creatura liberabitur a seruitute
corruptionis in libertate gloriae filiorum dei. electo enim nunc poena corruptionis
adgrauat. sed tunc in corruptionis gloria exaltat. & quantum ad praesentis necessitatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8108/0010